GREGORIUS DE SCLAVONIA. LEGENDAE SANCTORUM. MELLICENSIA. CALENDARIUM
Melk, 1460 und um 1460 Seite 63r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41510
Copyright: Melk, Benediktinerstift



O tu claustralis bone monache considera sequencia et vives
Sit claustralis inops castus sobriusque benignus O
bediens paciens pudicus humilis atque Mors tua mors
xpi fraus mundi gloria celi Et dolor inferni sunt
meditanda tibi Tua consolatio sacra sit scriptura In
qua sepe studeas perlegendo plura Multa tu inueni
es que sunt placitura Nichil est vtilius sacra lecti
one vel orare dnm cum deuotione Ista reddunt mona
chum habilem corone Ergo tuum studium in istis expone
Augus Ante omnia qui dei seruus vult esse omni hora legere
debet quoniam lectio ipsa est que facit seruum dei ipsa est que con
solatur ipsa est que erigit animas ad celum ipsa est que despi
ci mundum facit et amare deum Et ideo falsus monachus
est qui non cupit legere assidue vel alia aliqua bona opera
exercere Ambr Ve mihi est si non peccata mea defleuero ve mihi
est si non media nocte surrexero ad confitendum nomini tuo domine
ve mihi si scandalum proximo meo fecero ve mihi si non fuero locu
tus veritatem ad radicem securis posita est faciat fruc
tum qui potest gratie qui debet penitencie Isidorus Nulla est tam
grauis culpa que non habet veniam Ieronimus Difficile
et omnino impossibile est ut presentibus bonis quis fruatur et futuris ut de de
liciis ad delicias transeat ut hic ventrem illic mentem impleat ut
in mundo et in celo appareat gloriosus Gregorius Electis suis deus as
perum iter facit ne dum delectantur in via obliuiscantur eorum que habentur
in patria Gregorius Qui penitenciam agit debet se offerre ad veniam ut
hic puniatur a domino ne ad supplicia futura seruetur Melius est enim
modica amaritudo in faucibus quam eternum tormentum in visceribus